exhibemus quibus solus Pseudo-Longinus videtur usus esse; his pauca addimus quae aut ea significatione aut ea forma qua apud Pseudo-Longinum leguntur, alias non invenimus. Tum magnus numerus eorum sequitur quibus non multi scriptores praeter anonymum usi sunt. Cum autem multa ex iis vocabulis etiam apud Platonem aut Plutarchum aut Polybium inveniantur, ad id significandum Pla aut Plu aut Po iuxta vocabula posuimus. Totum numerum ita divisimus, ut vocabulis simplicibus composita opponeremus et illa in verba, substantiva, adiectiva discerneremus; haec ita disposuimus ut primo loco vocabula quibus α-vel αν-privativum praefixum est collocaremus, deinde ea quibus una aut duae praepositiones antecedunt, tertio loco ea quae ex duobus vocabulis praepositionibus exceptis composita sunt; omnibus autem vocabula aut forma aut sententia aut forma et sententia memorabilia adnexuimus.

Index vocabulorum.

A. vocabula quibus Pseudo-Longinus solus videtur usus esse.

I. verba:

1. ἀντανοίγω 34, 4[1])
2. ἀντισυμμαχέω 17, 1
3. διακληρονομέω 12, 4
4. διαριστεύομαι 13, 4
5. δυσδαιμονέω 9, 7
6. καταφέγγω 34, 4
7. προεμφανίζομαι 17, 3
8. προσεπιθεάομαι 30, 1
9. προσπεριορίζομαι 28, 3
10. συνεμπνέω 9, 11
11. μικροποιέω 41, 1
12. συομορφέω 9, 14
13. φορταγωγέω 43, 4

II. substantiva:

1. ἀναχοή 35, 4
2. ἀπαύξησις 7, 3
3. ἀπακμή 9, 14
4. ἀποκύλισμα 40, 4
5. ἐκπάθεια 38, 3
6. ἐξέρεισμα 40, 4
7. ἐποικονομία 11, 2
8. εὐπίνεια 30, 1
9. ὀνομάτιον 43, 2
10. τοπηγορία 11, 2

III. adiectiva:

1. ἀδρεπήβολος 8, 1
2. ἀπόψυχος 15, 8
3. ἐναλήθης 15, 8
4. εὐπάλαιστρος 34, 2
5. καινόσπουδος 5
6. κατάρυθμος 41, 1
7. κατασημαντικός 32, 5
8. μεγεθοποιός 39, 4
9. μικροποιός 43, 6
10. ποκοειδής 15, 5
11. ὑψηλοποιός 28, 1
12. ὑψηλοφανής 24, 1

[1]) In hac vocabulorum enumeratione talibus numerorum signis capita et paragraphi indicantur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Adn. I.

vocabula quibus nisi Pseudo-Longinus hac significatione nemo usus est:

1. δίαρσις 8, 1
2. διάστημα 40, 2
3. πολυπρόσωπος 27, 3
4. πύκνωσις 10, 1
5. προσθήκη 21, 2
6. σχημάτιον 17, 1
7. φλόγιον (φλογίον) 35, 4

Adn. II. hac forma tantum apud anonymum exstant:

1. μαγεῖον 32, 5
2. πρόχρησις 27, 2

B. vocabula rara;

I. vocabula simplicia;

a. verba:

1. γειτνιάω 37, 1
2. δεινόω 3, 1
3. διστάζω 28, 1 Plu Pla
4. ἐνόω 22, 3
5. θολόω 3, 1
6. κανονίζω 16, 4
7. κονδυλίζω 44, 4
8. μεγεθύνω 9, 5
9. φοιβάζω 8, 4

b. substantiva:

1. δείνωσις 11, 2 Pla
2. δεκασμός 44, 9
3. εἴρμός 22, 1
4. ζήλωσις 13, 2
5. θέλγητρον 39, 2
6. ἴζημα 9, 13 Plu
7. ἰδιωτισμός 31, 1
8. κορυβαντιασμός 39, 2
9. ὀλόφυρσις 9, 2
10. πραγμάτιον 30, 2
11. πταῖσμα 33, 4
12. στηριγμός 40, 4 Plu
13. στόμφος 32, 7
14. ψῦγμα 10, 7
15. ᾠδάριον 41, 2

c. adjectiva:

1. αὐξητικός 38, 2
2. δωρητός 9, 1 Plu
3. ἑρμηνευτικός 23, 1 Pla
4. θρεπτικός 31, 1 Pla
5. κοσμικός 9, 5 Plu
6. λιτός (λιτῶς) 34, 2
7. μειωτικός 42, 1
8. ῥωπικός 3, 4
9. ὑδρωπικός 3, 4 Po
10. φοιβαστικός 13, 2
11. φραστικός 12, 5
12. φωνητικός 30, 1

II. vocabula composita;

a. vocabula ex α vel αν privativo aut praepositionibus et vocabulis aliis composita;

1. α et αν privativum;

verba:

1. ἀλογιστέω 10, 3 Plu
2. ἀνειδωλοποιέω 14, 1 Plu
3. ἀτονέω 11, 2 Plu

adiectiva:

1. ἀβλεμής 29, 1
2. ἀδιανέμητος 22, 3
3. ἀμάλακτος 15, 5 Plu
4. ἀμεγέθης 34, 4
5. ἀμίμητος 28, 4
6. ἀμώμητος 33, 5
7. ἀναλήθης 3, 4
8. ἀναμφίλεκτος 7, 4
9. ἀνεπαίσθητος 4, 1
10. ἀνηθοποίητος 34, 3
11. ἀνοικονόμητος 33, 5
12. ἀπεριόριστος 16, 1
13. ἄπτωτος 33, 4
14. ἄσεμνος 5, 1 Plu
15. ἀστήρικτος 2, 2
16. ἀσύγγνωστος 3, 1

2. praepositiones;

α. vocabula quibus una praepositio praefixa est;

verba:

1. ἀναθεωρέω 7, 3 Plu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2. ἀπαστράπτω 12, 3
3. ἀπεοικώς 22, 4
4. ἀποθαῤῥέω 32, 8
5. ἀποθεόω 16, 2 Plu
6. ἀποσκιάζω 17, 3 Plu Pla
7. ἀποτραχύνω 21, 1
8. ἀποχετεύω 13, 3 Plu Pla
9. διαδορατίζομαι 13, 4 Po
10. διαχαλάω 39, 4
11. διαχλευάζω 29, 1
12. διοίχομαι 10, 3
13. διομαλίζω 33, 4
14. ἐμφέρω 10, 1
15. ἐναφανίζω 17, 2
16. ἐνσπαργανόω 44, 3
17. ἐξομαλίζω 9, 13
18. ἐπακμάζω 13, 4
19. ἐπιτιμάω 15, 5 Plu
20. καταβροντάω 34, 4
21. καταβυθίζω 44, 6
22. κατακιρνάω 15, 9
23. καταποικίλλω 23, 1
24. καταῤῥυθμίζω 41, 2
25. καταρχαιρεσιάζω 44, 9 Plu
26. κατασκελετεύω 2, 1 Plu
27. κατασοφίζομαι 17, 1 Plu
28. κατασπεύδω 19, 2
29. κατολιγωρέω 13, 2
30. μεταπηδάω 22, 1
31. παραξύω 31, 2
32. παρατολμάω 8, 2
33. παρολιγωρέω 33, 2 Pla Plu
34. παρορίζω 10, 6
35. περιαυγέω 17, 2
36. προδηλόω 27, 1 Plu
37. προστραγῳδέω 7, 1
38. προσιστορέω 9, 14 Plu
39. συγκινέω 29, 2
40. συγκορυφόω 24, 2
41. συμβιάζω 10, 6
42. συνακμάζω 44, 2 Plu
43. συνενθουσιάω 32, 4
44. συνθεωρέω 36, 1 Po
45. συνοικονομέω 10, 7
46. συντειχίζω 10, 7
47. ὑποστηρίζω 32, 5 Plu
48. ὑπερβιβάζω 22, 2

substantiva:

1. ἀναθεώρησις 7, 3 Plu
2. ἄναμμα 32, 5 Plu
3. ἀνάστημα 7, 2
4. ἀπήχημα 7, 3
5. διαδρομή 32, 5
6. διάπτωσις 22, 4 Plu
7. δίαρμα 12, 1 Plu
8. ἐγκοπή 41, 3
9. ἐμπρησμός 12, 4 Plu
10. ἐνέργημα 39, 3 Po
11. ἐπιγέννημα 6 Plu
12. ἐπίκρισις 33, 6 Plu
13. ἐπίρρωσις 11, 2
14. ἐποικοδόμησις 39, 3
15. καταιγίς 20, 3
16. κατακάλυψις 17, 3
17. κατόρθωσις 5 Po
18. παράπτωμα 36, 2 Po
19. παρατήρησις 23, 2 Plu
20. παρένθυρσος 3, 5
21. παρόραμα 33, 4 Plu
22. περιήθημα 43, 5
23. προκόσμημα 43, 3
24. προσαγγελία 10, 7
25. προτέρημα 44, 3
26. προσφώνησις 26, 3
27. συγγραμμάτιον 1, 1
28. σύνθλιψις 10, 6
29. ὑπεναντίωσις 10, 3 Plu
30. ὑπέρβασις 22, 3 Po

adiectiva:

1. ἀποτελεστικός 16, 1
2. ἐμφανιστικός 31, 1
3. ἐντρεχής 44, 1 Pla
4. ἐπαινετικός 8, 3
5. ἐπινοητικός 4, 1
6. παρατράγῳδος 3, 1 Plu
7. παράφωνος 28, 1
8. παρορμητικός 14, 3

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

9. προσεκτικός 26, 3
10. ὕπακρος 34, 1 Pla Plu

β. vocabula quibus duae praepositiones praefixae sunt;

verba:

1. ἀντιδιατίθημι 17, 1
2. ἀντιμεθίστημι 27, 1
3. διεξοδεύω 34, 2
4. ἐγκαταβιόω 44, 1 Plu
5. ἐγκατατάττω 43, 3
6. ἐπεισκυκλέω 22, 4
7. ἐπιπροσθέω 32, 2 Plu
8. ἐπιπροστίθημι 44, 1
9. ἐπισυνάγω 24, 1 Plu Po
10. ἐπισυνδέω 41, 3
11. ἐπισυντίθημι 40, 1
12. ἐπισυστρέφω 24, 1
13. παρεντίθημι 27, 1
14. προαποδίδωμι 41, 2
15. προεισβάλλω 22, 2
16. προέκκειμαι 11, 1
17. προεκπίπτω 38, 1
18. προυπαντάω 17, 3
19. προυποδείκνυμι 43, 5
20. προυπόκειμαι 8, 1
21. προυποτίθημι, 1, 3
22. προσαναπλάττω 7, 1
23. προσαποδίδωμι 9, 12
24. προσεισφέρω 15, 9
25. προσεκπίπτω 15, 8
26. προσεπιθεωρέω 9, 11
27. συναναπλέκω 20, 1
28. συνδιαφορέω 40, 1
29. συνεκλάμπω 44, 3 Plu
30. συνεκλύω 39, 4 Plu
31. συνεκφωνέω 38, 3
32. συνεμβαίνω 9, 10 Po
33. συνεμπίπτω 10, 6 Plu
34. συνεμφαίνω 22, 3
35. συνεξομοίω 39, 2
36. συνεπιβαίνω 15, 4 Plu
37. συνεπικρίνω 1, 2 Plu Pla
38. συνεπιρρώννυμι 11, 2 Plu
39. συνυπάρχω Plu Po

substantiva:

1. ἀντιμετάθεσις 26, 1
2. ἐπισύνθεσις 40, 1
3. ὑπερέκπτωσις 15, 8

γ. tres praepositiones praefixae sunt:

1. προσεπεισφέρω 9, 12
2. κατεξανάστασις 7, 3

b. vocabula ex aliis vocabulis composita:

verba:

1. δοξοκοπέω 23, 3 Plu
2. δουλαγωγέω 44, 6
3. εἰκονογραφέω 10, 6
4. ἠθολογέω 9, 15
5. θεοφορέω 13, 2; 15, 6
6. ἰσοδρομέω 15, 4
7. ἰσχυροποιέω 12, 2 Po
8. καλλιγραφέω 33, 5
9. μεγεθοποιέω 40, 1
10. νεοττοποιέομαι 44, 7
11. τελεσφορέω 14, 3
12. χρηστομαθέω 2, 3

(Omnia in — έω desinunt).

substantiva:

1. ἀξιοπιστία 16, 2
2. εἰδοποιΐα 18, 1
3. εὐμέλεια 39, 3
4. εὐτελισμός 11, 2
5. ζηλοτυπία 22, 1
6. κουφολογία 29, 1 Plu
7. κυριολογία 28, 1
8. μεγαλοφυΐα 13, 2
9. ὁμοείδεια 41, 1
10. ὀψοποιΐα 43, 3 Pla
11. πανάκεια 38, 5
12. πολυμορφία 39, 3
13. τεκνοκτονία 40, 3 Plu
14. ὑστεροφημία 14, 3
15. ὑψηγορία 14, 1
16. χορήγημα 43, 3 Plu

adiectiva:

1. ἀξιοθαύμαστος Plu 35, 4
2. δύσληπτος 6
3. δωροδόκος 44, 9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4. θεόπεμπτος 34, 4
5. κακόζηλος 3, 5
6. κακόστομος 43, 1
7. μεγαλορρήμων 23, 2
8. μεγαλοψυής 2, 1
9. μικροχαρής 41, 1
10. μονότονος 34, 2
11. ὁλόχρυσος 43, 3
12. παιδομαθής 44, 3 Po
13. πάμφυρτος 9, 7
14. πολλοστημόριος 36, 2 Plu
15. πολύεργος 16, 1
16. πολυΐστωρ 4, 1
17. τραπεζοκόμος 43, 4
18. φλοιώδης 3, 2 Plu
19. φοιβόληπτος 16, 1 Plu
20 δυσεξάλειπτος (compositum ex δυς et adiectivo cui praepositio praefixa est.)

Adn. I.

vocabula rara et forma memorabilia:

1. δοκίμιον 32, 9 Plu
2. ἐναλλαγή 23, 1
3. παιώνειος 16, 2 Plu

Adn. II.

vocabula rara et sensu memorabilia:

1. περιποιέω 22, 1
2. ὑποκρούω 41, 3 Plu
3. ὑπονοστέω 3, 1
4. ἐξοχή 1, 3
5. ἐπιχείρησις 15, 9
6. μυκτὴρ 34, 2 Plu
7. ξηρότης 3, 3 Plu
8. χρηστομάθεια 44, 1
9. ἔμπρακτος 11, 2
10. ἐναγώνιος 9, 13
11. μετέωρος 3, 2
12. ὑπερήμερος 14, 3

Adn. III.

vocabulum et forma et sententia memorabile:

1. γλωττόκωμον 44, 5

Iam si ad totum respicimus, 294 verba delecta apud Pseudo-Longinum reperimus, e quibus 35 apud eum solum videntur legi. Cum autem 259 vocabulorum quae etiam apud alios scriptores exstant tantum unam et vicesimam partem apud Platonem, septimam decimam fere apud Polybium reppererim, Plutarchi scripta, quantum e lexicis cognovi, amplius quartam partem exhibent. Utut res se habet, id ne eum quidem fugiet qui leviter rem attinget scriptorem secundum praecepta sua diligentem verborum delectum habuisse.

Sed accuratius in eam rem inquirentes maiorem etiam auctoris diligentiam et artem cernere nobis visi sumus. Cuius quaestionis viam Birtius nobis monstravit, qui iis quae ad Natorpii librum de ethicis Democriti scriptum addidit de philosophi genere scribendi sagaciter egit. Quod si ad sublimitatem orationis efficiendam duae imprimis res in eligendis vocabulis observandae sunt, et ambitus vocabulorum et ipsa compositio, paucis, si placet, de ratione disseramus qua scriptor in illis triginta quinque vocabulis formandis usus videtur esse.

Ac primum quidem statuendum est magni ambitus voca-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bula, quorum magnum numerum non solum totus liber sed etiam vocabulorum electorum index continet, etiam in ea indicis parte de qua agimus occurrere, velut 12, 4 διακληρονομούμενον, 30, 1 προσεπιθεασώμεθα, 29, 4 προσπεριωρίσατο legimus. Nec desunt vocabula bicorpora — ut eo verbo uti liceat — quibus Birtius (l. l. p. 196) orationi sublimitatem circumdari dicit, ut 41, 1 μικροποιέω, 28, 1 ὑψηλοποιός, 9, 14 συομορφέω, alia.

In componendis autem vocabulis duas rationes auctorem putamus secutum esse. Nam in aliis formandis nisi fallor similitudinem vocabulorum vicinorum, i. e. parhomoisin sive homoiarcton captavit, alia eo consilio finxit ut certas notiones distinctius quam usitatis vocabulis exprimeret.

Itaque 34, 4 καταφέγγει, cuius simplex quoque forma φέγγει rara est, propter καταβροντᾷ quod antecedit formatum est, ut idem esset utriusque vocabuli initium. Eadem fere ratio 34, 4 inter ἀντανοῖξαι et ἀντοφθαλμῆσαι intercedit, qua similitudine duarum in quibus exstant sententiarum similitudo bene adiuvatur: καὶ θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντανοῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο ἢ ἀντοφθαλμῆσαι τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου (sc. Δημοσθένους) πάθεσιν. 15, 8 ἐνάληθες sine dubio propter ἔμπρακτον quod antecedit formatum est et 34, 2 εὐπάλαιστρον optime ad εὐγένεια quod antecedit et εὐστόχου quod sequitur quadrat. Eadem ratione auctor fortasse commotus est, ut 13, 4 propter διαδορατιζόμενος scriberet διηριστεύετο, et 17, 3 προεμφανίζεται vocabulo singulas partes vocabulorum προϋπαντᾷ et φαίνεται videtur repetivisse.

In his quattuor vocabulis quae sequuntur formandis dubitare possumus utrum auctor huiusmodi similitudinis an notionis rationem secutus sit. Sunt 11, 2 ἀντισυμμαχεῖται, quod ad συμμαχεῖ referendum est, 41, 1 κατάρυθμα, post quod 41, 2 κατερρυθμισμένα exstat, 35, 4 ἀναχοαί quod ad προχέουσιν spectat.

Homoioteleuti quod contrarium et in simili vocabulorum exitu positum est exemplum ex altera indicis parte adferatur. 9, 1 legitur: καὶ εἰ δωρητὸν τὸ πρᾶγμα μᾶλλον ἢ κτητόν. Jam perspicuum est cur scriptor δωρητὸν sibi concesserit.

Neque vero debet dubitari quin idem reliqua vocabula certae notionis melius exprimendae causa formaverit. In

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quibus fingendis nonnunquam vocabulis usitatis adiutus est, velut 38, 3 ἐκπάθεια cum ἐκπαθής cohaeret, 40, 4 ἐξέρεισμα cum ἐξερείδω, 40, 4 ἀποκύλισμα cum ἀποκυλίνδω, 32, 5 κατασημαντικός cum κατασημαίνω, 42, 2 ἀπόψυχος cum ἀποψύχω.

Cum autem ἀπόψυχος vocabulo id quod anima destitutum est apte significetur, auctor 7, 4 facete ad id quod paulatim minuitur notandum ἀπαύξησις vocabulo utitur. Simili modo 9, 14 ἀπακμή vocabulum fingit, ubi decrescentis magnitudinis ingenii notionem exprimere vult. Nec minorem vim praepositio 30, 1 in προσεπιθεασώμεθα vocabulo habet, quo auctor dicit praeter ea quae iam consideravit se etiam aliud contemplari velle, et 29, 4 προσπεριωρίσατο et 9, 11 συνεμπνεῖ, cuius simplex forma 16, 2 exstat (ἐμπνευσθείς).

Valde placet 12, 4 διακληρονομούμενον, quo numeroso et amplo vocabulo incendii cui Ciceronis dicendi genus confertur magnitudo depingitur. Haud scio an 9, 7 δυσδαιμονοῦσιν quod a poetico δυσδαίμων derivatum est, poetice ut totus locus dictum sit. Cuius vocabuli partem -δαιμονοῦσιν ad θεῶν spectare ut paronomasia quaedam evadat non audeo contendere. Maxime autem omnium illorum vocabulorum εὐπίνεια (30, 1) mihi quidem placet, quod felicissime ab auctore formatum nitorem obsoletum vel antiquitatem impexam significat et ab εὐπινής quod de rebus aerugine nobili ornatis dicitur derivatum est.

Restant undecim vocabula binis composita, quibus scriptor notiones ad quas explicandas multis verbis videtur opus esse, brevissime expressit. Sunt 41, 1 μικροποιέω, 43, 6 μικροποιός, 39, 4 μεγεθοποιός, 28, 1 ὑψηλοποιός, 24, 3 ὑψηλοφανής, 11, 1 τοπηγορία, 9, 14 συομορφέω, 43, 4 φορταγωγέω, 15, 5 ποκοειδής, 5 καινόσπουδος, quod vocabulum fortasse per analogiam vocis κενόσπουδος formatum est, 8, 1 ἀδρεπήβολος quod cum similibus auctor fortasse ex Theodoro Gadareo (cf. p. 6, 11) deprompsit.

Haec sufficiant ad artem qua auctor in eligendis vocabulis usus est demonstrandam. Ceterum cum ab auctore orationi sublimi etiam idiotismi concedantur (45, 11 ἔστιν ἄρ' ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παρὰ πολὺ ἐμφανιστικώτερον) ipse vocabulis ὑδρωπικοῦ (6, 2) ῥωπικοῦ (6, 9), ποκοειδοῦς (29, 23), similibus utitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De metaphoris quae praeter verborum delectum multum ad orationem sublimem reddendam valent Pseudo-Longinus capite 32 agit; quarum usum certis praeceptis non circumscribit, sed multitudinem earum aliter quam Caecilius adfectui permittit nec tales metaphorarum medelas vel emollitiones ut ὡσπερεί, οἱονεί alias, quibus nonnulli rhetores audaciam metaphorarum excusent, valde commendat, quamquam eas non prorsus abicit. Cum auctor saepe adfectibus obsequatur, saepe multae metaphorae uno loco inveniuntur exuberantque apud eum, ut, quamquam cum Theodoro παρένθυρσον vituperat quam animi commotionem inanem et alieno tempore concitatam atque immoderatam dicit esse, tamen interdum in illud ipsum vitium currere videatur. Fortasse etiam his et similibus Theodorus praeivit cum eoque Pseudo-Longinus contra Atticistas stetit. In enumerandis autem metaphoris ita progrediemur, ut primo loco eas adferamus quae sine medelis positae sunt, tum eas addamus quibuscum auctor audaciae leniendae causa tales formulas ut οἱονεί, ὡσπερεί alias coniunxit. In illis autem duobus generibus inter metaphoras quae in verbis aut in substantivis aut in adiectivis aut in adverbiis sunt distinguemus. Sed antequam metaphorarum index adferatur, id etiam moneatur nos non in ea opinione esse, ut metaphoras plene et absolute nobis videamur enumeravisse. Saepe enim difficile est ad diiudicandum utrum translatum vocabulum a cotidiano loquendi usu ita acceptum sit, ut translatio non etiam sentiatur, an metaphorae vim servaverit.

Index metaphorarum.

A. metaphorae quarum audacia nullis medelis mitigata est;

I. metaphorae quae in verbis sunt:

2, 18 ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα[1]; 3, 8 τὰ φυσικὰ ἔργα κατασκελετευόμενα; 6, 7 ὀλισθαίνουσι δ' εἰς τοῦτο

[1]) Hic locus, qui a viris doctis varie temptatus est, mihi quidem non videtur explicatione egere. Nam περιέβαλον eodem sensu intellegendum est quo Plutarchus dicit περιβάλλειν ἱμάτια τοῖς τραχήλοις vel Aeschylus,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf